5227 Ossuccio in Tremezzina in ecclesia extrinsecus.

MATRONIS · ET
GENIIS · AVSVCIATIVM
CONSACRAVIT ~
ARVIVS · NIGRI · F · NOMINE
SVO · ET · C · SEMPRONI · NIGRI · ET
BANIONIS · CVCALONIS · FILIAE
PARENTIVM · SVORVM

Contuli. Ioh. Bapt. Giovio *Como e il Lario* (1795) p. 272, cui dedit Casatius; Labus apud Amorettium p. 287 (inde Orelli 4903); Aldini n. 31; Monti n. 39.

5228 Lenni ad templum divi Stephani IOV. Ibidem adhuc.

D · M
VIBIOR · COMINIAN
VALERI · PII · ET · SEVERA *sic*
CLAVDIANAE
ET · SEVERI · ET · VALERIAE
COMINIANAE
DO MITIA · DOMITIANA · C · F · VIVA · SE
MON · MARITO · PRIVIGN · COGNAT · ET · SOCRV

Contuli praeter v. 7. 8 hodie totos fere excisos. Iovius f. 58*a* (inde Apianus 89, 1; Grut. 895, 4 ex Apiano; Mur. 1420, 8 ex schedis nescio quibus Farnesiis; Orelli 4669); Labus apud Amorettium p. 282 ab amico; Aldini n. 171; Monti n. 187.

7. 8 hodie non cerni scalpro erasos supra monui. — 7 fin. S · L traditur.

Stemma hoc esse puto:



Borghesius fast. 1, 84 Vibium pro praenomine habet, non recte, cum marito pateat nominis loco id fuisse, nam Valerius cognomen est ductum a nomine materno.

5229 Lenni ODOR. ROV. in oratorio S. Mariae ALLEGR. — Deinde fuisse in pavimento ecclesiae parochialis; hodie reperiri in pariete supra portam turris campanariae BERNASCONIUS ait errore, confundens hunc titulum et sequentem.

HIC REQVIESCIT IN PACE B · M ·
CYPRIANVS QVI VIXIT IN HOC
SAECVLO ANNOS P · M · XXXIIII
DEP · SVB D · VII KAL OCTOB IND V
POST CON D N IVSTINI P P AVG p. C. 571
ANN VI
HIC REQVIESCIT IN PACE B M
VIGILIA FILIA S S · CYPRI*ani*
VIXIT ANNOS V . . . . . .

Oderici in schedis Genuae servatis 'exscripsit comes Beretta'; Allegranza p. 18 e schedis canonici Io. Ant. de Beretta; Rovelli 1, 327; Bernasconi *lap. crist. di Como* p. 39, qui titulum ait evanuisse totum.

4 IND · VI in add. ms. emendat All. — 6 AN · VI Od. — 8 S · S · Od., SS' All. Rov. — 9 ANNOS V . . . Rov., ANNOS . . . All., ANNO . . . Od.

5230 Lenni ROV. in medio ecclesiae pavimento ALLEGR. Hodie ibidem super portam turris campanariae. — Extare negat BERNASCONIUS p. 36 errore (cf. n. 5229).

HIC REQVIESCIT IN PACE FAM ☧ XPI
LAVRENTIVS V · S · QVI VIXIT IN HOC
SAEC ANN LV DEP S D IIII NONAS
*IVLII P C D N IVS*TINI P P AVG ANN VI p. C. 571
IND IIII

Contuli titulum calcando detritum totum. Habent Allegranza, qui vidit, in add. ms.; Rovelli 1, 327.

Quae non agnovi, dedi inclinatis. — Indictio quarta (1 Sept. 570 — 31 Aug. 571) cum ad annum ducat 571, modo mensis v. 4 vere veniat ex lapide, postconsulatus Iustini sextus in eum annum ita cadit, ut numeres a priore consulatu eius a. 566 eo ipso anno comprehenso nullaque ratione habita consulatus posterioris a. 568.

5231 Lenni in ecclesia plebana S. Stephani ALLEGR. ROV. *Ritrovata nel 1858 nell' edicola sotto la chiesa parrochiale* BERNASC.

. . . . .
COM ECCL QVI *uixit in*
HOC SAECVLO *ann pl m*
XXXVI DEP SVB *d*
*a*VG XIII P C BASI*li u. c.* p. C. 554
*in*D II

Contuli. Allegranza, qui vidit, in add. ms.; Rovelli 1, 330; Bernasconi p. 29.

5232 Lenni in crypta rep.

*p. c. pau*LINI IVNIOR | S IND · TE*rtia decima* p. C. 535

Contuli. Prius fragmentum ed. Bernasconi p. 24.

Possis etiam scribere [*quinto p. c. Pau*]*lini iunior*[*i*]*s ind. tertia*, qui est annus 539.

5233 Lenni rep. 1858 in crypta ecclesiae parochialis ibidemque parieti infixa.

. . .
HOC *N*
SEPVLCR
A S
ARBIT
PRAEBV

Contuli. Ed. Bernasconi p. 31.

5234 Lenni, *serviva come abbeveratojo de' polli nel cortile dell' arciprete.*

IN HVNC SECVLO ANN
V C
I SI

Descripsi. Male Bernasconius p. 36 refert in titulo legi HIC REQVIESCIT.